

sputando pater et quod peccatum est cum meretricibus. ego non decepi eam etc. Si enim cum filia regis ageres diceres tu cui facio iniuriam. certe regi. Nam in suo palatio comedendo suum panem et suum vinum bibendo tu facis proditionem. Sed si rex daret tibi filiam suam in uxorem habeas cum ad placitum. alias debes abstinere. Nota ut sciatur quod quisque vas. id est corpus quod est vas anime. Sicut enim esset magni peccati proicere vas reliquiarum in lutum. nobilior reliquia est anima. Quartus capitaneus est beelzebub qui temptat de inuidia. De quo Luc. xi. In beelzebub principe demoniorum eicit demonia. et iste est cum suo exercitu et bannerio cum titulo de inuidia et malignitate. in tantum veravit totum mundum quod totus mundus est inuidia et malignitas de bono alterius. primo inter fratres et sacerdotes de sepulchris per beneficium. Inter laicos per officium et regimine. Intantum quod ex ista inuidia totus mundus destruitur. Ideo Sapiens dicit. Contemplatus sum omnes labores hominum et industrias animaduerti patere inuidie proximi. Eccl. iij. Que est hodie ratio quare destruantur civitates castra ville et civitates. et inuidia dicendo. Quis fuit iuratus vel consul et ego non qui sum melior. Nam modo non curat quis erit utilior civitati sed quis erit amicus. Iste est alia inuidia spiritualis que est peccatum in spiritum sanctum. scilicet inuidia fraterne gratie. inuidendo deuotioni. scientie deridendo et persequendo. Iste proditor capitaneus quot ducit secum ad infernum. Ideo christus auisando nos dicebat. Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. Joh. xv. Dñe non datis nobis nisi unum preceptum. Respondeo non. quia illud principale est et sufficit. Nota sicut dilexi vos. nam sola dilectio fecit ipsum incarnari nasci pati. etc. idem legitur de beato Johanne euangelista quod quando debuit mori vocato populo predicauit eis dicens. Filioli diligite inuicem. et nihil aliud dicebat. et fuit tibi dictum. Qualis sermo est iste et tradidistis obliuioni illas altas speculationes et declarationes theologie. respondit non. Sed istud sufficit. quia delectatio proximi malum non operatur. Ideo remedium optimum contra inuidiam est orare pro ipso scilicet ut deus sibi conferuet illud bonum officium et dignitatem et merito huius orationis habundabis. Nam contraria contrariis curantur. Inuidie medicina charitatis curatur. Quintus capitaneus est beelphegor. Iste temptat de peccato gula. de quo David in Ps. cl. Initiati. id est dediti sunt beelphegor et comedunt sacrificia mortuorum. Iste cum suo exercitu et bannerio extenso et cum titulo gula et vanitatis tantum fecit quod iam non seruant ieiunia ecclesie gentes nec quadragesimam vnus se facit infirmum. aliter dicit. Non possum dormire et sic comedunt carnes et vadunt sic ad infernum. Ieiunia enim ordi-

nata sunt ut cum labore fiant. quia ibi est meritum. Nota hic qui excusantur breuiter a ieiunio etc. Et quia iste proditor magnam predam ducit ad infernum. Ideo abristus auisando nos dicit. Et tendite ne grauentur corda vestra crapula et ebrietate. Lu. xxi. Sextus capitaneus est baalberit qui ad iram inflammat. De quo Iudic. ix. De phano baalberit conduxit sibi viros. Et subditur. Misit dominus spiritum pessimum inter Amalech et habitatores sicheem. Iste cum exercitu suo et bannerio cum titulo de ira et iniquitate discurrit per mundum et facit multas diuisiones et discordias inter christianos. Iste diuisit et procurauit olim scisma in ecclesia. Diuisit regna et reges principes et barones dominos et vasallos. Quot ducit iste proditor secum ad infernum. Ideo christus non cogendo liberum arbitrium sed dando consilium dicit. Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. non quomodo mundus dat. Joh. xiiij. Et ideo in natiuitate domini iesu christi angeli cantauerunt Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Luc. ij. Et in sua conuersatione salutabat dicendo semper. Pax vobis. Et sequitur. non turbet cor vestrum. scilicet vnus contra alium etc. Septimus capitaneus dicitur asta roth qui temptat de accidia. de quo. i. Reg. viij. Auferte deos alienos de medio vestrum baalim et asta roth. Iste cum exercitu suo et bannerio cum titulo de accidia et ociositate discurrit per mundum. Et iste proditor tantam accidiam posuit in mundo quod pauci sunt qui de his que ad animam pertinent curant imo minus appreciant animam quam paleam. Per totum annum laboratis pro corpore. et modo in isto sancto tempore quadragesime nescitis modicum laborare pro anima confitendo. penitenti am faciendo. sed quilibet expectat confiteri vltima die cum tamen in prima esset confitendum. et hoc de consilio et congruo. Item accidia circa communionem committit a nonnullis que debet fieri in pasce tunc recipiendo christum ut in celo communicantes recipiant a christo. sed si christus precepisset nobis recipere venenum amore sui facere deberemus et precipit recipere corpus suum intra hostiam et non facimus nonne magna est negligentia. Et ideo dicit scriptura. Quodcumque potest facere manus tua. instanter opere. quia nec opus nec ratio nec scientia nec sapientia erunt apud inferos. quo tu supple accidiose properas. Eccl. ix. Ecce quare dicit thema. Assumit septem alios spiritus nequiores se. Deo gratias.

Feria. v. post dominicam. xl. Sermo. j.

Dicebat iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Joh. viij. Sanctum euangelium hodiernum continet vnam magnam et solennem disputationem que fuit inter christum ex vna parte et iudeos ex

Feria quinta post Inuocauit

alía parte. Et ratio huius disputationis fuit. quia iudei habebant tantam superbiam et malitiam et indignationem quod obfuscabat intellectum intantum quod non credebant christo de veritatibus et si aliquando credebant ei subito non durabant. Ideo christus voluit disputare cum eis ut remoueret eis illam superbiam. In qua disputatione christus fuit arguens. et iudei respondentes. et fecit quatuor argumenta. Et primo arguit contra eos propter superbiam quam habebant

Primo propter libertatem maternalem

Secundo propter nobilitatem paternalem

Tertio propter altitudinem diuinalem

Quarto propter malitiam criminalem

De qua disputatione dicit thema. Dicebat ad eos scilicet arguendo qui crediderunt ei iudeos. scilicet leuiter mobiliter. **Quantum** ad primum argumentum quod fecit christus contra iudeos. sciendum quod arguit contra eos propter eorum superbiam quam habebant propter libertatem maternalem. Dicitur quomodo omnes iudei fuerunt filii abrahe. qui habuit duas uxores ex diuina dispensatione vnam liberam scilicet saram. et aliam ancillam scilicet agar. Iudei autem venerunt de libera per ysaac. Ecce libertas maternalis. de qua se extollebant non modicum intantum quod dimittebant facere bona opera dicentes. quod sine bonis operibus consequeretur benedictionem eis promissam per ysaac. ut patet Gen. xvij. et. xxj. capitulis. ubi dixit dominus ad abraam. Sara uxor tua pariet tibi filium vocabisque nomen eius ysaac. Et constituam pactum meum illi in fedus sempiternum et semen eius post eum. Ista superbia captabat corda eorum quod radius veritatis christi non poterat introire. Ideo christus arguens contra illos qui leuiter crediderant et leuiter credentiam amittebant. dixit. Si vos manseritis in sermone meo. vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem. et veritas liberabit vos. et qualiter tangebatur eos in fine. Qui statim surrexerunt superbe respondendo. Semen abrahe sumus et nemini serui mus unquam. Quomodo tu dicis. liberi eritis. et christus volens eos expellere ab illa superbia replicando. dixit eis. Amen amen dico vobis. quod omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in eternum filius autem manet in eternum. Si ergo vos filius liberauerit vere liberi eritis. Ecce vna ratio quare dicit cathene culpe tenent vos alligatos. **Nota** hic qualiter secundum membrum per quod homo peccat in illo anima ligatur. que habet omnia membra spiritualia que habet corpus corporale. verbi gratia. persona peccat etiam iurando vel diffamando. eo quia illa verba transeunt per collum anima ligatur cum cathena per collum habens caput in inferno. Idem si homo peccat manibus. et sic de aliis membris. Ideo quando anima impenitens exit a corpore cathenis constringitur et demones tra-

hunt per cathenas impenitentium animas. De his autem autoritas. Iniquitates sue capiunt impium et funibus peccatorum suorum constringit. Pro uerbis. Ideo dicebat christus in maiori propositione. Amen amen dico vobis. quia omnis qui facit peccatum. seruus est peccati. Cum ergo iudei fuissent in magnis peccatis ideo erant serui captiui. et licet caro esset libera. tamen non ex hoc dicendi sunt liberi. sicut ille qui patitur in capite et in toto corpore patitur siue infirmatur. Si habet pedem sanum non ex hoc dicendus est sanus. Sic etiam si anima que est principalior pars corporis sit captiua et corpus liberum. non ex hoc dicendus est homo liber. nam spiritus uiuificat. caro autem non prodest quicquam. Ioh. vj. cap. Secunda ratio christi fuit ista. Seruus autem non manet in domo in eternum. filius manet in eternum. quod dicitur. vos scitis que differentia est inter filium et seruum. Nam seruus vadit ad labores extra. filius autem liber manet in domo. Iudei propter generationem carnalem non habebant stare nisi in agris. scilicet in hoc mundo ex lege moysi. sed filii dei stabunt in domo dei in eternum. Ideo dixit christus. si autem filius vos liberauit. scilicet a cathenis culpe et miseris huius mundi. vere liberi eritis. At illi tacuerunt. **Ad**oraliter hic pro nobis dicitur deus fecit gratiam dando remedia ut frangamus cathenas peccatorum que franguntur in confessione sacramentali. quando enim confessor absoluit. tunc anima est libera a culpis mortalibus. et quando intrat paradysum est libera ab omnibus miseris. ergo laboratis per liberationem anime quantum laboraret quis per liberationem filie sue si esset captiua vel per liberationem corporis sui vel filii sui etc. **Secundum** argumentum christi fuit contra superbiam quam iudei habebant propter nobilitatem paternalem. Dicitur quomodo iudei sicut erant filii sara uxoris libere. ita erant filii abrahe nobilis hominis qui fuit initium dritum et cognitionis dei. Cui dixit deus. Benedicam tibi et magnificabo nomen tuum et eris benedictus. Benedicam benedictibus tibi. et maledicam maledictibus tibi. atque in te benedicentur uniuerse cognationes terre. Genes. xij. Iudei autem non modicam habebant superbiam quia erant generis abrahe et despiciebant penitentiam dicendo. quod sine penitentia haberent benedictionem abrahe promissam et semini eius. Ad christum arguendo contra eos dixit. Scio quod semen abrahe estis sed queritis me interficere et primo meus non capit in uos. Ego quod uidi apud patrem meum hoc loquor et uos qui uis distis apud patrem facitis. Responderunt. pater noster abrahe est. dixit eis iesus. Si filii abrahe estis opera abrahe facite. **Nota** primo me non capit in uos. quia uas plenum non potest aliquid recipere nisi euacuetur. Sic iudei qui erant pleni superbia non poterant recipere uerba christi despiciendo penitentiam quam ipse predicabat. Ideo Iohannes baptista dicebat eis. Facite ergo fructus dignos penitentiae. Luc. iij. Uos qui uidistis

apud patrē vestrū facitis q̄si x̄ps innuēdo i his verbis. q̄ pater eorū fuisse mal' hō. Ipsi autez iudei rīderūt x̄po dicentes. **Pat' noster abraam ē.** Sic x̄ps arguēs dixit si filij abraae estis. opera abraae facite. nūc autē queritis me interficere hō = minē qui veritatē vobis locutus sum quā audiui a deo. hoc abraam non fecit. Ideo vos degeneratis. qz abraam erat nobilis homo ex pte carnis. quia de genere idolatrarū. s̄ ex pte anie erat nobilis et virtuosus. nec vos estis ei similes.

Moraliter in isto defectu iudeoz sunt modo multi xp̄iani qui se appreciant de nobilitate generis. quia de antiquo genere talium rē. tales sunt similes iudeis. Nota nobilitas quasi notabilitas. **D**icat quid est nobilitas. et qualiter inceptit nobilitas. Quādo aliquis faciebat aliquam rez nobilitē in seruitio regis vel impatoris ex hoc rex vel impator faciebat ipsum nobilem. Qui ergo appreciant se de nobilitate. et nō tenent vitam nobilem et nobilitium virozū. s̄ ribaldorum et lenonū nō debent dici nobiles qz degenerant. Nobil' est ille qui viuunt nobiliter apreciando se ne mentiat'ur. ne inferat damnū alicui qui defendit veritatem cōitatem pupillos viduas et miserabiles psonas. Et nota quid accidit rhome de duob' hominib'. quozū vn' erat nobilis antiqu' de troya sed erat ribaldus et male vite. Ali' ex quadaz victoria quā habuit factus fuit nobilis nouiter ab impatore. Et cū semel ambo cōtenderēt dixit nouus nobilis antiquo. In me inceptit nobilitas et in te finit. **D**icat hic de effraim qui fuit nobilis filius ioseph q̄ fuit dñs egypti. de q̄ fili' ei' effraim habebat supbiam. De quo dicit dñs. disperdaz effraim qm̄ deus ego et nō homo. Et auolabunt quasi auis ex egypto. et q̄si colūba d̄ terra assyriorum. et collocabo eos in domib' suis. **O**see. xj. Cōcordat scriptura noui testamenti. **D**eus supbis resistit hūilib' autē dat grām. **I**ac. iij. **T**ertium argumentū christi fuit cōtra supbiam quaz habebāt de altitudine diuinali. **D**icat quō omnes gentes et nationes mūdi erant idolatre pter iudeos qui soli adorabant deū altissimum nō factum manibus. sed factorem omnū rerū. **E**x altitudine ista iudei credebant nullū alīū saluū fieri posse nisi ipi ppter fidē quā habebāt de deo. prop̄ quod dicebāt nō eē necessariū facere bona. qz fides sufficiebat. sed s̄ eos dicit bt̄s **J**acob. **Q**uid pderit fratres mei si fidē dicat q̄s se h̄re. opa autē nō habeat. nūquid fides saluabit eū. q. d. nō. **J**acobi. ij. **I**ō x̄ps arguēdo s̄ eos dixit. **V**os facit' opa p̄ris v̄ri. q. d. ipos h̄re aliquē p̄rem cui assimilant'. **R**īderūt iudei. **U**nū p̄rem habem' deū. **E**cce supbia de altitudine diuinali. x̄pus autē volens eos educē de hac supbia dixit eis. **S**i deus p̄r v̄r eēt diligeret' me v̄tqz. **t**ext'. **E**go em̄ ex dō p̄cessi et veni. neqz em̄ a meipso veni. sed ille me misit. q̄re loq̄lā meā nō cognoscit. qz nō potestis

audire s̄monē meū. **N**ō q̄re loquelā meā non cognoscitis. **I**am scitis q̄ p̄sona maxime cognoscitur in loq̄la cui' patrie sit. nā si loquit' gallice d̄r gallicus rē. **I**ta fuit cognit' bt̄s petr' in nocte passionis x̄pi q̄ eēt galile'. **C**ui dcm̄ ē. **V**er e tu ex illis es. nam et loquela tua manifestum te facit. **M**at. xxvj. **M**odo videam' loquelā x̄pi et moy si. **N**ā moyses loquebat' linguagiū terrenū promittens eis solū terrena. **I**ō dicit. qui de terra ē de terra loquit'. **J**oh. iij. **C**hrist' nō loquebatur linguagium celeste. quia nihil p̄mittebat in hoc mundo terrenum. imo p̄dicabat q̄ despicerētur terrena. **N**az solū p̄dicabat de celo. de gloria angelozū solum p̄mittens celestia. **I**deo dicebat q̄re loquelā meā nō cognoscitis. **I**ō bt̄s **J**ohānes postq̄ fuit locutus de moyse dicens. **Q**ui de terra est de terra loquit'. **E**t loquēs de x̄po dixit. **Q**ui de celo venit sup omes ē. **J**oh. iij. **E**t sic vicit eos x̄ps rōne. **M**oraliter si vultis cognoscere p̄sonam cui' patrie sit attendatis ad loquelam eius. **N**ā tres patrie sunt. s̄. celi. terre. et inferni. **L**inguagiū celi est laudare deū et ip̄m benedicere. **I**deo **D**avid in ps̄. **B**eati qui habitant in domo tua dñe in secula seculozū laudabūt te. ps̄ lxxxiij. **Q**ui ergo laudāt deum vt bonus religiosus clericus vel laicus possumus dicere. vere tu ex illis es. s̄. de paradiso. **N**am loquela tua manifestū rē. **L**inguagiū hui' mundi terrenum est. hoc est loqui de terrenis negociis et temporalibus. **N**am qui de terra est rē. **L**inguagium inferni est renegare. maledicere. et blasphemare. **I**deo dicit'. **E**stuauerunt homines estu magno et blasphemauerunt nomē domini. **A**pocal. xvj. **Q**uādo ergo vos maledicitis iuratis et blasphematis clare ostenditis q̄ estis patrie inferni. **E**t quia christus nō loquebat' loquelā inferni blasphemando. nec terre. sed loquelā paradisi **I**ō dicebat. quare loquelam meam rē. **Q**uartuz argumentum iesu christi cōtra iudeos fuit d̄ malicia criminali dicendo. **V**os ex p̄re diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere. **I**lle homicida erat ab initio et in v̄itate nō stetit. quia nō ē v̄itas in eo. **C**ū loquit' mēdaciū ex p̄p̄ris loq̄tur. qz mēdax ē et p̄r ei'. **E**go autē si v̄itate dico q̄ re nō creditis mihi. **H**ic iesus x̄ps ponit tria peccata diaboli. in q̄b' videt' q̄ iudei assimilabāt ip̄si diabolo. **E**t p̄mū p̄ctm̄ est inuidia. ex qua temptauit **A**dā. et ex isto peccato secuta est necessitas moriendi in genere humano. **E**t ideo dicitur **P**er vnū hominem peccatum in mūdum intrauit. et p̄ peccatum mors. ad **R**homa. v. **I**ō dixit de diabolo christ'. **I**lle homicida erat ab initio. **S**c̄dm̄ p̄ctm̄ diaboli est mendacium. **T**ertū q̄a est persecutor veritatis. dixit ergo iesus christus iudeis. vos ex patre diabolo estis. quia sicut ille ex inuidia pcurauit mortem adē. ita vos ex sola inuidia pcuratis mihi mortem. **S**c̄do quia si-

Feria quinta post Inuocavit

est diabolus cum loquit mendacium ex proprijs loquitur. sic et vos me diffamando. quia iudei dicebant de iesu christo. **Ecce homo vorax et potator vini publicanorum et peccatorum amicus.** **Mat. xj.** Item nos scimus. quia hic homo peccator est etc. **Tertio.** quia diabolus est persecutor veritatis de ipso dicente christo in veritate non stetit. **Aug.** nec bene fuit in veritate. **Nota** quod deus posuit luciferum super omnes creaturas et ipse voluit se parificare deo pro sua superbia. et sic non stetit in veritate. sed compositus fuerat. sic et vos dixit christus iudeis non statis in veritate a me audita.

Moraliter habemus hic doctrinam ut fugiamus. non solum mendacium principiosum quod est peccatum mortale. sed etiam locosum quia etiam est peccatum. quia pro nullam causam et pro nulla re est dicendum mendacium. **Unde David** in ps. **Perdes omnes qui loquuntur mendacium.** in ps. v. **Item sapientie.** v. **Os quod mentis occidit animam.** **De istis argumentis loquitur thema.** Dicebat iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. **Deo gratias.**

Feria quinta post primam dominicam quadragesima. Sermo secundus

Si manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis **Joh. viij.** **Materia** presentis sermonis erit quomodo poterimus esse boni discipuli christi. **Magnus** quid est esse magister in theologia. vel episcopum. vel archiepiscopum. vel cardinalem. vel papam. **Sed** multo magis est esse discipulum christi. **Credo** quod erit materia utilis et proficiosa. **Sed** ut deo sit placabilis et gratiosa. salutem virgo gloriosa. etc. **Si manseritis.** Semel fuit questio facta iudeis pro vnum bonum hominem de materia quam volo vobis predicare. **Numquid** vos vultis discipuli eius fieri. **Joh. ix.** **Iudei** autem indignati male dixerunt ei dicit. **Tu** discipulus eius sis. nos in omni si discipuli sumus. **Stulti.** **Super hoc** dicit **Augustinus.** **In** me sit domine ista maledictio. ut. si discipulus tuus. **Credo** quod quilibet vestrum responderet. **Quomodo** enim esse discipulus suus. propterea volo vobis nunc ostendere quomodo et quibus poteritis fieri discipuli eius si vultis. **Et** inveni octo virtutes seu conditiones huius nobilissimi discipulatus. scilicet

Credencia principalis

Obedientia generalis

Penitentia sacramentalis

Patientia virtualis

Benivolentia cordialis

Beneficentia liberalis

Diligentia spiritualis

Perseuerantia finalis

Si vultis esse discipuli christi habeatis aliquas istarum virtutum. **De ultima** dicitur thema. **Si manseritis etc.** **Prima** virtus que facit hominem esse

discipulum christi est credencia principalis. scilicet credere firmiter articulos fidei et non dubitare in aliquo. **Sic** est homo discipulus christi. **Nota** quoniam in omni scola cuiuscumque facultatis oportet discipulum simpliciter credere magistro maxime in primis principijs. verbi gratia. prima principia litterarum sunt vigintitres. **Ideo** quando magister dicit discipulo. **Ista** littera est a. **Ista** littera est b. **Discipulus** debet sibi credere. quia si vellet dicere. quare ista littera a est magis a quam ista b. vel e converso. vapulabit a magistro. **Ideo** philosophus. oportet addiscentem credere. **Ita** etiam de scola christi. scilicet ecclesia quam scola intrant christiani in baptismo. que habet duodecim principia. scilicet duodecim articulos fidei contentos in **Credo** maiori. quorum aliqui pertinent ad christi diuinitatem. aliqui ad christi humanitatem. et quia sunt multi infideles qui nolunt ea credere. ideo non sunt discipuli christi. **Si** ergo vultis esse discipuli christi credat ista duodecim principia fidei simpliciter sine contradictione. disputatione dubitatione. **Autoritas.** **Manifestavit** gloriam suam et crediderunt in eum discipuli eius. **Joh. ij.** **Nota** manifestavit gloriam suam scilicet in his duodecim articulis. **Secunda** virtus que facit hominem esse discipulum christi est obedientia generalis. scilicet obedire et seruare omnia que christus nobis mandat et precipit generaliter sine contradictione et non facere contra eius preceptum pro aliquo lucro habendo vel bono vel officio vel dignitate. **Talis** est discipulus christi verus. **Ratio.** quoniam tanta est dignitas huius magistri quod oportet sibi obedire in omnibus etiam contra omnes personas mundi. **Ita** quod si pater vel mater vel omnes parentes vel amici. immo etiam papa rex essent ad vnam partem. mandantes facere aliquid quod est contra preceptum magistri christi. magis est obediendum soli christo quam his omnibus. **Autoritas.** **Legit** **Luc. xiiij.** quod cum christus iret predicando de loco ad locum magna turba hominum et mulierum sequebatur ipsum neque mirum. **Et** conuersus iesus dixit eis. **Quid** vultis. **Co**gitate quomodo responderunt. **Domine** volumus esse discipuli vestri. **Et** ad illos. **Si** quis venit ad me et non odit patrem suum aut matrem et uxorem filios fratres aut sorores. adhuc autem et animam suam non potest esse meus discipulus. **Sed** cum deus precipiat honorare parentes et diligere uxores et filios et animam suam quare ergo christus dicit. **Si** quis vult etc. **Responso** quod hoc intelligitur sic. quia si pater mater vel uxor aut sensualitas propria voluit. quod tu facias aliquid contra preceptum christi tunc odire patrem et matrem etc. et dicere nescio vos. deificum est. ubi gratia. **Si** pater tuus dicat tibi. fili fac vindictam de tali iniuria mihi facta a tali. etc. **Debet** dicere fili. pater non faciam. quia magister meus christus prece-

pit oppositum. Ecce quō intelligūt vba xp̄i odi-
re patrē isto modo. Idē de matre et vxore et filijs
fratre et amico etiā de ppria sensualitate q̄ incli-
nāt ad delectationē ne p ea facias aliquid p̄tra p̄
ceptum christi. Ecce qd est obediētia generalis.
ideo auisētis. **Tertia** ē penitētia sacramētalis
Tanta ē v̄tus penitētie q̄ de discipulo diaboli
facit discipulū christi. q̄ diu hō ē in peccato mor-
tali et mala vita. homo ē discipulus diaboli et pa-
ratus intrare scolā inferni. Sed si homo vult fa-
cere penitētiā sacramentalem. scz cōterendo de
peccatis. dicendo. o miser. ego sum religiosus et
nō seruauī regulam etc. Idem de laicis et clericis
cōfitendo peccata faciēdo penitētiā datā a cō-
fessore. Talis penitētia sacramētalis facit hoīem
discipulum xp̄i. Ecce q̄ta v̄tus penitētie. **Au-
toritas.** Qui nō baiulat crucem suā et venit p̄ me
nō potest meus eē discipulus. Luc. xiiij. Nō cru-
cem suā nō dicit crucē meā. quilibet xp̄ian⁹ por-
tat crucē christi signādo se. sed nō saluaretur nisi
portaret crucem ppriā. s. penitētie. **Cruce** dicit̄
a cruciando. ideo significat crucē penitētie q̄ cru-
ciat penitentem. de qua dicit christus. Qui non
baiulat crucē suam etc. Et sicut crux xp̄i habuit
quattuor brachia tanq̄ quattuor ptes principa-
les sic crux xp̄iane penitētie habet quattuor bra-
chia. **Prīmū** sursum est cōtritiō. que debet eē sur-
sum p respectū ad deum quē peccando offendit.
als dolere p peccatis ppter piculum vel verecū-
diam vel pditionē bonozū vel fame nihil valet.
quia nō est contritiō. **Brachiū** dextrū est bonuz
ppositum viuēdi decetero fm diuinā ordinatio-
nem et nō fm suam inclinationē. **Brachium** sini-
strum est oris cōfessio. Sic em̄ munda camera
penitētie a stercore peccatorū. **Brachium** inferi-
us quod sustinet totū pondus ē satisfactio q̄ por-
tat totum onus. **Ieiuniorū. orationū. vigiliarū.**
elemosy. etc. **Ista** crux est nostra de qua dicit apo-
stolus. ad Gal. v. Qui christi sunt discipuli car-
nem suā crucifixerunt. suple in cruce penitētie.
Ecce quare dicit xp̄us. Qui nō baiulat. id ē. ac-
cipit crucem suā etc. **Quarta** est patiētia virtu-
alis. s. patiēter sustinere aduersitates. dolores. i-
firmitates. paupertatem et miseras. nō recipere ama-
ritudinem cordis nec murmurare contra deum.
sed cōmittere se deo. quia ipse scit quibus indige-
mus: et quid nobis expedit. et sic homo fit disci-
pulus xp̄i. **Ratio.** qm̄ magister et dñs noster Je-
sus christ⁹ patiēter sustinuit aduersitates. tribu-
lationes. psecutiones. ideo vult vt sui discipuli
assimilent sibi. **Dicit** xp̄us tenere modū q̄rūdaz
antiquozū phozū q̄ p patiētiā volebant illos p-
bare qui volebāt esse discipuli. **Signant** legif̄ d̄
pitagora pho q̄ qm̄ aliqs volebat eē discipulus
su⁹. p̄mo faciebat ipm̄ ad portā scole expectare.
deinde faciebat ipm̄ ab alijs vitupare di. **Et** q̄s

es tu. r̄ndebat. vellem esse discipul⁹ hui⁹ m̄gr̄i et
p̄bi. **Et** ille. vade ad trahendū aratrum rustice.
et h̄mōi. **Si** erat patiens recipiebat ipm̄ in disci-
pulum. als nō. hunc modū seruat ille magn⁹ ma-
gister et doctor christ⁹ in sua scola. **Quā** aliqua p-
sona pponit in corde suo tenere bonā vitā et san-
ctam. signū est q̄ vult esse discipul⁹ xp̄i. **Dicit**
christus. specta modicū. oportet vt pbetur de pa-
tientia. statim alijs vitupant cum di. **Qualis** h̄y
pocrita. fantasticus. fatu⁹ est etc. **Si** in his v̄bis
iniuriosis habet patiētiā bene stat. ideo vult ad-
huc vt p̄bef magis p̄ ictus siue verbera. s. infir-
mitatum. dolorū etc. **Sed** vos murmuratis dicē-
do. **Miser** quid est hoc ante nō sentiebam ista
ideo teneatis fortiter. quia tunc christus recipiet
vos in discipulum suū. hoc etiā modo deus pa-
ter pbauit filium suum christū. licet iam sciret qd
erat in eo. sed vt nobis ipm̄ daret in exemplū pa-
tientie. **Ideo** dicit xp̄us **Matth. x.** Non ē disci-
pulus sup magistrū nec seruus sup dñm suū. suf-
ficat discipulo h̄ sit sicut magister eius. et suo h̄ sit
sicut dñs eius. **Si** patrē familias beelzebub vo-
cauerunt quātomagis domesticos et. s. discipu-
los. **Quinta** v̄tus est beniuolentiā cordialis
vult magister noster iesus christus q̄ sui discipu-
li nō habeant discordias diuisiones vel ritas. s.
q̄ concorditer viuant. **Ratio.** quia magister pa-
cis et charitatis et dilectionis nō vult in scola sua
discipulos maliuolos et discordes. **Ideo** omnis
villa seu cōmunitas pacificata ē scola xp̄i. **Et** om-
nis cōmunitas diuisa est scola diaboli. **Ideo** dicit
christus **Joh. xiiij.** In hoc cognoscēt oēs. qz mei
estis discipuli si dilectionē habueritis ad inuicē.
ideo pacificate se remittendo iniurias et quanto
maior est iniuria que remittit tanto magis placz
deo als scola inferni est parata. vbi cōtinue et sp̄
se iniuriant. **Sexta** ē beniuolentiā liberalis. s.
se mutuo iuuando tā in bonis temporalibus q̄ spi-
ritualib⁹. **Rō.** qm̄ sic m̄gr̄ scole h̄z mltos fuitōes
captiuos et liberos. nō decz discipulos nobiles eē
tenaces et auaros cū ignobiles liberales sint. **To-
tus** mūd⁹ ē scola m̄gr̄i xp̄i cui⁹ fuitores et ancille
sunt oēs creature insensibiles. **Dauid.** Ordina-
tione tua pseuerāt dies qm̄ oia seruiūt tibi. **Sol**
ad instar captiui. qz nihil pōt facere nisi q̄tū de⁹
vult qui iussu dñi portat nobis lumē de die et lu-
na de nocte que dāt nob̄ qcqd de⁹ dedit eis. **Idē**
de alijs planetis et elemētis q̄ libalit̄ cōicāt et mi-
nistrāt qcqd h̄nt. **Quo** ḡ magis discipli q̄ sūt cre-
ature nobiles. et rōnales et dñt eē liberales amo-
re m̄gr̄i dando vel mutuando sine vsura vl̄ emē-
do nō min⁹ ppter denarios p̄mptos nec vendē-
do plus ppter spem etc. **Ex** his efficit hō discipu-
lus xp̄i. **Autoritas.** Om̄is ex vob̄ q̄ nō renūciat
om̄ib⁹ q̄ possidet nō pōt meus eē discipul⁹. **Luc**
xiiij. hec autoritas habet duos itellec⁹. q̄ nisi b̄

Feria sexta post Inuocauit

intelligat daret occasionem errandi. Duo modi sunt discipulorum christi. Primus est apostolorum et tenentium vitam apostolicam. et isti renuntiant et dimittunt omnia. Matth. xix. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. hoc modo intellectus predicte auctoritatis. Omnis ex vobis. clarus est. Secundus modus discipulorum est bonorum christianorum qui non obligantur dimittere omnia primo modo. sed volunt dimittere omnia quantum ad singularitatem. licet non quantum ad proprietatem. quia possunt habere proprietatem sed nolunt habere singularitatem. scilicet quod illud quod habent solum seruiat eis singulariter. immo volunt dare alijs propter deum. Ecce quid est beneficentia cordialis. Septima est diligentia spiritualis. scilicet quod simus diligentes in opibus spiritualibus. quia non sufficit facere opus spirituale. sed quod fiat cum diligentia. Religiosus non solum tenetur facere id quod dicit regula et constitutiones. sed quod faciat illam diligenter. Idem de presbyteris et laicis qui non tantum in dominica die tenentur audire missam. sed etiam cum diligentia ut sint in principio misse. Item non sufficit confiteri. sed cum diligentia iam in principio quadragesime. Item non sufficit dicere penitentiam. sed quod dicat cum diligentia genibus flexis. quia supplicat regi vel pape christi. Item cum diligentia communicare. Item cum diligentia elemosynam dare. Talis diligentia facit hominem discipulum christi. Ratio quia magister diligens et nobilis non vult discipulos somnolentos vel negligentes. sed vult quod sint diligentes. Auctoritas. In hoc clarificatus est pater meus ut fructum plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli. Joh. xv. Octaua virtus est perseverantia finalis. de qua loquitur thema. Si manseritis etc. ergo necessaria est perseverantia finalis. in studijs generalibus quando magistri et doctores incipiunt legere. scilicet in festo sancti Luce. tota scola est plena discipulis. Sed in medio anni sunt valde pauci. in fine autem quasi nulli remanent. ideo sunt multi inutiles discipuli. solum sciunt principium libri. modicum de medio. et de fine nihil sciunt nisi illi qui perseverant. Sic de libro vite que est sancta vita bona et deuota multi incipiunt et sciunt principium bone vite. sed paulatim deficient et nesciunt finem libri bone vite. Ideo tales non intrant scolam paradisi. sed illi qui bene incipiunt. melius continuant. optime finiunt. sunt boni et veri discipuli christi. propter hoc dicit christus. Si manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis. Et quoniam bonus discipulus christi intrat aulam paradisi. statim deus dat sibi duas cartas. scilicet diuinitatis et humanitatis in qua homo recipit maiorem scientiam quam habuerunt in hoc mundo prophete et doctores. Aug. hec scientia habetur ex studio libri bone vite. Ideo est necessaria perseue-

rantia finalis. De hoc dicit euangelium hodiernum. dicebat christus ad eos qui crediderunt ei iudeis. scilicet fidei catholice in hoc etc. Si manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem.

Feria sexta post dominicam primam. xl.

Ecce sanus factus

Es iam noli peccare. Habetur textualiter Joh. v. et officiat in euangelio hodierno. Sanctum hodiernum euangelium continet unum miraculum et grande et excellens. Nam quidam paralyticus sanus factus fuit per iesum christum qui triginta octo annis tenebatur in infirmitate. et hoc solo ipsius precepto sicut et solo verbo mundus factus est. et continet tria miraculosa secreta et est.

Primum locus ubi factus est

Secundum quomodo factus est.

Tertium ad quem finem factus est.

Et de isto ultimo loquitur nostrum thema. scilicet ut anima istius infirmi curata caueret se a peccato. et ideo dicit. Ecce sanus factus es etc. quod fuit thema. in quibus quidem verbis erit noster sermo. Et primo videamus de loco. dicitur igitur in euangelio. Est autem hierosolymis probatica piscina. Appellatur piscina et hoc latine. probatica grece. hebraice bethsaida. Et dicitur piscina a pisce. sed per contrarium. quia non erant ibi pisces. sicut dicitur in ecclesijs piscina ubi aqua calicis mittitur. et tamen non sunt ibi pisces. Grece dicitur probatica nam probatio grece dicitur ouis latine. quoniam in illa lauabatur oues que in templo offerebantur unde probatica. id est ouina. hebraice dicitur bethsaida. a beth quod est domus et saida quod est gregis siue pecus. dis. vnde bethsaida dicitur. id est domus pecudum. Et ista piscina nominari ideo meruit propter virtutem ipsius quia in certo tempore anni angelus descendebat ad reuoluendum aquam ut habetur in textu. Et qui primus attingebat aquam. post descensionem angeli et reuolutionem aque ille curabatur tantum de quacumque specie infirmitatis detentus esset. et ideo quia tempus ignorabatur. rectores ciuitatis hierusalem fecerunt ibi fieri quinque porticus in quibus infirmi habitarent. In vno leprosi. in alio scabiosi. in alio febricitantes. in alio paralytici. in alio vero vniuersi alij infirmi. Et illi qui non poterant ire ducebantur ab aliquibus alijs ad piscinam ut quilibet citius posset sanari. Et hec historia continet secreta ut per questiones potest declarari. Queritur ergo unde tantam virtutem ista piscina habebat quod totiens quotiens angelus descendebat ad mouendam aquam. quod haberet illam virtutem. Dico igitur quod hic sunt tria secreta. Et primum est ut ostend-